

iniquitatis, vir mendacij, vir doloris: idem Maluend. Vir insipiens: Septuag. vir calumniator: Chald. qui quidem, ut inquit quod dudum Martialis:

Martial.

Suaviter

et maligni.

Ingeniosè, subtiliter, ac picturacè officium horum lycophantarum præ oculis exponit præfatus Q. Sectan. Satyr. 1. à v. 120.

Q. Sectan.

In promptu causa. Socia sicernis amore  
Pectora contingi, pulchraq; cupidine mentes,  
Tu propera & tacitus que sint aptissima cerne  
Semina disidij: alterius mox desert in aures  
Hausto qua socius dixit, fecitque phalerno,  
Et mendas animi retege: sinxisse iuocabit  
Multa, ubi vera defunt, que opponere possit.  
Cum semel illieris furtivo pectora felle,  
Cæperit & tenerum discordia rumpere fœdas,  
Hunc, atque illum palpa, & gnauus utrumque  
Iunge tibi.

Mertus ramorum.

Hi dicuntur etiam Delatores, qui tantò apud malos Principes in delicijs habiti, quantò apud optimos male audierunt. Vide Plinium ianorem in Trajan. Panegy. De Titò, in eius Vita, cap. 8. refert Suetonius: Delatores, mandatoresque erant ex licentia veteri: Hos assidue in foro flagellis ac fustibus caesos, ac nouissimè traductos per Amphitheatrè arenam, partim subijci in seruos, ac venire, imperavit: partim in asperissimas insularum auehi. Iure Tacitus, 4. Annal. cap. 30. inquit: Genus hominum, publico exitio repletum. Vide ipsam etiam, lib. 12. cap. 59. & Histor. lib. 1. cap. 2. 255. & 4. 42. Ramorum inceptorum auctores, curiosos & novarum rerum percunctatores olim supplicijs fuisse coactos: ait Langæus lib. 8. Otij semestr. cap. 11.

Sueton.

Pana delatorum.

Tacit.

Langæ.

Prov. 26. 20

Suffragi

quantis malum?

Ioseph.

Dicunt que cogitant.

Aulici sales sunt pestes.

Virgil. 1

Illorum ratiocinia pba sapientia.

48 Suffragone sublato, iurgia cessabunt: ait Salomon. Videris apud Iosephum, ubi dudum, embolium Curialium plusquam Argolicum, ex quo mors Antigoni à fratre Aristobulo, inuersis nuncijs, fictis mandatis, ut uterque frater ab aulicis deciperetur. Casus ostendit (inquit) quantum possit livor & calumnia & quam effeaces ad subvertendam etiam naturalem benevolentiam. Alijs exemplis tam factis, quam profanis abstinco, quoniam sufficienter suppetunt obvia etiam stulto: sed præterire non possum aulicorum in huiusmodi technis pravum intuitum, exitum otiositatis, scenam cogitationis. luxta affectum, & commodum unusquisque cogitat, & quod mente concipit, non ut cogitationem, sed ut eventum ostendit; facta ex cunctis crisi, quippe illorum sententiâ sine pipere, colloquia offeruntur palato sine sale, non ignorantibus, imò isocentibus cogitationibus esse malignas, ut ait Iobus, cap. 5. 12. Cogitationes sine intellectu. Sapient. 1. 5. Unde sine cogitatione entitatis mutuò scilum in colloquijs agunt reliquæ cogitationis; quoniam estò stultissimi habeantur, dicunt fidenter, rerum reflexiones indicare homines rationales. Audi, vel vide ratiocinia in crism occurrentiam translata. Si rem exitus probat, profert aulicus, percussio femore, Dixi: imò Prædixi. Si econtrâ, Varij sunt eventus belli.

Respice res bello varias.

In huiusmodi rerum systemate cuncta sine fundo pro articulè conclusione. Quis talia ex talibus cogitaret? Res fugit vel intellectum Angelicum, equidem nec exitum habet, nec introitum. In lubrico statu nec firmissima cogitatio potest subsistere. Maçcè. Sic alij alia ac de alijs, quasi penetrarent templi secretorum adytum, nec loquerentur in ventum, quorum os in omnia.

Omnes effudit habenas.

49 Quid aulicorum Narrantium reflexiones valeant, & quorsum Dicentes dirigant, claret ex lapsu Iobâ. Deturbato Adonia, Venit nuncius ad Iobâ, quod Iobâ declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset. Diximus aliquid, Tom. 1. T. 3. D. 3. n. 11. Nuncius ad Iobâ de Iobâ? Ipse planè sui consilij conscius, quin necessarium didicisse ab alio. An quia ipse misit amicum, ut sciret, quid de illo in aula diceretur, & renunciaret? Hand literæ dissonum; sed facilius proprijs, appositiusque, si pro Nuncius, intellexeris Nuncium: idest, rumorem, qui tunc per aulicorum ora vagabatur in aula regia, ut cogitat Caietan. Cuius igitur rei rumor? An quod cum Adonia & non cum Salomone? Ipse sciebat. Si palam partes Adoniæ secutum, quid novi dicunt Dicentes? Aliquid. Hand aulicis satis in crism, oi in vulgatis aliquid & maxi-

3. Reg. 2.

28.

Cur dicantur Dicentes, & Narrantes?

maximè novum cogitarent. Verum quid? Dicit lectio antiqua textus, quam pro virtutibus defendit Caietanus, priusque Abulenſis, quousque palinodiam cantavit. Illam ad qua st. 23. & Sanctium, n. 40. Ubi Vulgatus rectè vertit: Post Salomonem, legebatur olim: Post Absalomem non declinasset. Quorsum hoc eloquium & præteritorum ratiocinium? Ut videretur crisis cum reflexionibus aulicorum. Librabatur enim in aula regia, quòd Iobâ favisset Adonia, & non favisset Absalom, valdè dilectè ab ipso Iobâ, & conferendo hæc, inferebatur, quòd in odium Salomonis Iobâ favisset Adoniæ; argumentum sumendo, quòd si amor movisset Iobâ, favisset Absalom, quem valdè diligebat. Non ergo tam amor Adoniæ, quam odium erga Salomonem movit Iobâ ad adiuvandum Adoniam; Huiusmodi sermonem versari in aula regia, cum audisset Iobâ à referentibus; timuit. Hactenus & opportunè Caietanus. Quid enim non faceret otiositas, maximè si aliqua micabat utilitas? Aliquid cogitandum in fomitem cogitationum & novitatem crisi; post quàm cogitationes, & plures cogitationes iudicio novo quousque deficerent scrutantes scrutinio. Hi sunt aulici, qui a Caietano indignantur in palatijs Referentes, & à sacra pagina Dicentes, atque Narrantes. Hæc fusius solito dissectui, quippe nec tactum apud AA. occurrit.

Calet.

Quam notitia illorum iudicij reflexionis!

Virg. l. 5.

50 Versiones Tautologia principalis suis in locis collocatæ sunt: ut simul habeantur, iterò. Ait Dominus Deus Israël: Loquens locutus sum. Maluend. Sic fidelis sermo Iobova Elobim Israël: Dicere dixi: Dixeram omnino: Dixeram quidem. Caietan. Dicit Deus Israël. Dicendo dixi. Idem Hebr. & Arias Montan. Septuag. Loquendo dixi. Ad harum phrasium tenorem lectiones aliorum apud Haye in Bibl. Maxim. Modò ad mores, ut moris est.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Loquens locutus sum. At quid hoc? Esti omnes loquantur, dum loquuntur; non tamen loquentes loquantur ad omnes. Deus loquens auditur etiam ab illo cum quo directè non loquitur: igitur cum vox vocem includat, & virtus à locuta voce prodeat; dum unus vocem audit in aure, vocis virtutem alius haurit in corde.
- 2. Loquens locutus. Quis non loquens locutione? Quicunque detrahit proximorum famæ. Non loquens loquitur maledicus scorpius obtrektor: equidem quandiu verba detractione dictat; non loquitur, sed venenat.
- 3. Loquens locutus, dicit Dominus, quia verus. Non ex verbo, sed ex veritate constat vera locutio: quare detractor fugiens callidè verâ; loquens haud loquitur, quippe loquitur falsa.
- 4. Loquens locutus. In expresſionem mentis instituta sunt verba, quorum

instrumentum lingua. Erit loquacitas & non locutio, ubi usus lingue absque rationis proposito: unde non est locutio loquentis ex negotio otiositatis; siquidem vel loquens minimè loquitur, quia loquitur ut loquatur.

5. Loquens locutus sum. Etiam loquitur mundus: at Deus ut verus, mundus ut mendax & falsus: minimèque loquente dicitur, quòd loquatur, sed duntaxat de Deo loquente, quòd loquitur; igitur solum loquitur, cuius in promissis firmissima verba & gaudia: tacetque loquens, cuius gaudia verba & verba.

6. Loquens locutus sum. Verbum Dei stabile verbum est, homo vox. In illo vita, in hoc vitalitatis umbra: negaturque homini loquenti locuta; quoniam præceptis transit tantà levitate, et in vita fit vox vitæ, vel vita tantum in voce.

DIDASCALIA PRIMA.

Virtus vocis Dei extenditur, plus quàm vox.

Singulares in voce Di sunt diverse, discretæque voces; & quia una plures, est mirificè singularis. Dat voci suæ vocem virtutis, ut ad singulos perveniat mirabilis virtus vocis. Habet profectò scientiam vocis in unica voce prolata, quippe una continet omnia. Semel loquitur, & secundò idipsum non repetit: equi-

Sap. 1. 71  
Iob 33. 144  
T

equidem at constet verborum eius insigne pterisum miraculum; illo semel loquente, duo notantur & audiuntur. Resonat vox reflexa ad aures, sicutque ex una plures voces; quandoquidem ex commotione cordis cordium circumstantium fit commotio; quippe in concavis aurium formatur echo.

*Vox Dei plures voces*  
Vividè dialecto vulgari, dum cor percillitur, quia voce percutitur; aiunt: *Hizo eco la voz*. Lucretius lib. 4. de *Rer. natur.* à v. 567. *In multas igitur voces vox una repente*

*Lucret.* *Dissagat in privas quoniam se dividit aures. Obsignans formam verbis, clarumque sonorem.*

*Verba repulantes iterabant dicta referre.* De quo suo loco, *Tautolog.* 10. n. 22. Quoties vox audita sonerit, in corde sollicito resonabit ut qui novit crimen, commotum pectus percipiat in contritionem. Ad rem Aufonius, *Epist.* 12. v. 23.

*Auson.* *Turbida congestis referitur vocibus Echo. Tene, feri, duc, da, cave.*

*Quomodo?* Tene propositum, feri inimicam, duc in opus audita, da te vocationi Numinis, cave, ni dederis: igitur cordi grave, ni vox audita iteretur in corde; quippe virtus vocis ut eminens non solum loquitur cum quibus loquitur, sed etiam cum illis ad quos meditato dirigitur.

2 *Quod autem vobis dico, omnibus dico. Vigilate:* dixit discipulis Magister celestis. *Vigilate:* id est, quæ dico, fuge cordi, heus, heus. Hispanic. *Cuidado.* Cur igitur ita mente tenendum, alijs dici quicquid illis dictum? Quia ex huiusmodi sensu pendet hominis in bonum directio, & à malis revocatio. Excusatio videretur facti, quia documentum non accessit auditui: at cum vox veritatis non solum audienda ad quos prolata, sed ad quos directa; omnibus dicitur, quicquid illa loquitur: equidem cor audiens & surdum haud movebitur in bonum, nec à malo revocabitur; si vox directa quasi vaga prætermittitur. Vox semel prolata est; verum echonem debet efformare vox; quippe tunc effectus videtur vocis, dum una continuo multiplicatur in aures, ut sibi dicta sentiant, quæcunque voces incessanter clamant; quandoquidem nulla in cordibus ad virtutem reformatio, ubi prætervolvatur echo: transeunt quippe audita ab auribus verba, quasi non fuerint audita. At quomodo echo in bonum efformabitur prolata verbi, si fit ex auris repercussione, quæ exprimit resilientiam,

*Unde inefficax prædictio?*

*Efficax,* si seu vocis agitate repulsum? Aptè. Vox tendit in echo, fit in aure verberatio:

tuncque firmatur vocis propositum, & verbum fauste sortitur effectum; siquidem ex repercussione auris, transit in arcana cordis. Ita Christus omnibus dixit, quicquid voce discipulos monuit: igitur omnibus dirigitur, quicquid cum illis vel secreto loquebatur. Vigilandum ergo, ne abdicat auris, quod sibi, dum alijs, dicit propositum vocis: equidem pura clarificat auscultantis conscientia; si pro se accipit, quod alijs de industria dicta.

3 In novissima cæna cum se discipulis amore traderet, ut unus cum illis fieret; dixit Assertor N. discentibus: *Unus vestrum me traditurus est.* Convivio notatur non solum familiaritas, sed amicitia; tuncque formatur à proditore svelata: non enim esset summè perfidus, ni offentaretur amicus. Vulnus sanè flagrantis charitatis molimen supplantationis: verum in amore summum, uti charitatis fastigium; proditorem cognoscere, cum illo discumbere, & sese tradere proditori. Singuli ergo percussit huiusmodi indeterminato verbo (igitur pectus rationale offendit ingratitude) dixerunt illi: *Nunquid ego sum Domine?* Haud adhæret crimini, qui diffidit sue propria fragilitati. Si illis huiusmodi iniquitas nec venit in mentem; quomodo suam suspicantur esse posse iniquitatem? Exprimunt corda cauta, & in bonum docibilia, simulque abhorrent à criminibus quippe si suum, quamprimùm desiderant penitere. Christus indeterminatè, vagæque locutus, sed singulorum voce percussit pectus: illique sibi timentes, interrogant an sint, vel alijs directa vox; ut constet in schola propositum: igitur cor ostenditur purissimum, dum quod ille indeterminatè dixerat, unusquisque ut sibi dictum intra pectus cogitabat. Vox, quam pavide recepit auditus, reflexa percussit pectus, vagans hinc inde per eius angulos; an inveniret conscientia examinans interiora, vel leve aliquid excludens à sacra mensa: & cum formidari debeant, vel ipsa quæ non cognoverant; interrogant singuli, ut immaculati accedant; siquidem timent accedere, etsi sibi nihil conscij, verum non iustificati.

4 Magis elucet in ipsis pro iustificatione sollicitudo puritatis, ex impudente effrontis proditoris. Hic etiam pro se loquitur, vel dum à conscientia redargitur: *Nunquid ego sum Rabbi?* Ipse sanè sciebat, quæ cogitaverat; & insisit in opus (etiam agnitus) quin ulla sit proditio-

*capit auris transit in arcana cordis.*

*Math. 26. 31.*

*In quo summus omnis Christi?*

*Verf. 22.*

*Monimentum virtutis, diffidere proprie fragilitati.*

*Ad Eucharistiam pro examine vel incogitata cogitanda.*

*Verf. 15.*

tionis penitudo, imò cordis in proposito obduratio: equidem astruit cordis duritiem, veritatis aversionem; audire secum loquentem inconcussam veritatem, & præterire vocem Christi loquentis, quia loquebatur ad omnes. Ex collectione inquisitionum cognoscitur cæcorum innocentia, & proditoris perfidia. Cor illorum timer, huius autem magis audet: minimeque convertitur, quanvis flagitium ab illo cognoscitur, illique trepidant ad noticiam paventes, etsi ignari criminis; quia pro se cogitant, quicquid ludæ dictum: & ludas pro alijs, quicquid sibi prolatur. Præterea. Christus ludæ respondit, cæteris tacet; quippe nutrit perfectionem animæ, vivere in sancto timore. Ludæ respondit: *Tu dixisti.* Claret audacia perfidie comes, negare quod dicis. Infidelis, quod cognoscis. Foves vulnus, studeasque videri perfectus. Dum fallere intendis, falleris. Minime sanaberis, quippe ignoras, quod intelligis, tui proditor, dum mihi insidiosè supplantator: igitur pessima omnino conscientia, à nequitia caueriata; vulnerari, & non cognoscere: altè percuti, & nullo modo sentire: trucidari, nec dolere, quasi esset longè, quòd pungebat intimè: quandoquidem sibi dictum quasi de alijs audiebat, quod de nullo alio dicit, neque cogitari quibat. *Tu dixisti.* Clare Christus, singularem quæ loquitur signat; an ille expositione ab iniquitate recedat: equidem nullo modo recedet: si sibi dictum, alijs dici iudicaverit. *Tu dixisti.* Si tu dicis, quid interrogas? Ad ampliora (si sunt) audacter transibit iniquitas; igitur illo cognoscente, proditorem cognosci, in aliud & aliud procedet crimen; quippequam simulationis vidit dissimulationem. Haud dissimulandum quod geris in pectore. Ego dixi, & tu dixisti. Non est pectoris conversio, ubi ignorantia affectatio; imò pertinacia in crimine, & horror à conversione: siquidem nulla conversio, nec cordis mortio, dum vox quæ auditur, auditur, quasi illi non loqueretur.

*Ex accensione vocis vaga perfidia, vel innocentia cognoscitur in auascente.*

*Ibid.*

*Quid conscientia cauteriata?*

*Unde cordis desinertatocoverfio?*

*Ioan. 15. 17*

Salvatorem fuisse locutum, vel dum illi grave crimen indicatum. Pridem erat in corde malignitas, post fatanas. Malignitas, ut magister proderet: fatanas, ut sibi dicta, quasi in alios, præteriret. Malignitas in nequitiam, fatanas in pertinciam: & dum pro alijs vocem prolaturam intelligit, tunc in cum demonium introivit; quippe patet in pectore habere demonem, qui non cognoscit, suam cognoscendo iniquitatem. In genere loquitur, qui verbum Dei in corde seminat: ut unusquisque audientium sibi medicina sumat. Quisquis audierit, & sibi non dicta cogitaverit; proculdubio peribit: offertur quippe a voce medicamentum, & lubet iacere ægrorum. Vox loquitur, ut peccator audiens crimina averteretur; & tandem tandem in salutem commoveatur. Venit diabolica cogitatio, scilicet sibi non dici, sed alijs; etsi hiscat grave vulnus in medio cordis: & dum audita non sibi, sed alijs applicat, diabolus intrat; quia prætermisio non ab ignorantia criminis, sed à diligentia demonis, intendenti prævalere infirmitatem, ne audita vox audiatur in contritionem: quandoquidem in peccato persistit, quisquis auditam vocem sibi non audit.

6 Dum zelo imprudenti furens in Damascum procederet Saulus, igitur zelus sine prudentia furiosus; *cadens in terram,* *audiit vocem dicentem sibi: Saule, Saule quid me persequeris?* Illico Saulus conversus ad vocem loquentis, requisivit eius quæ placita voluntatis; equidem attritus lapsus, stupefactus à celo, cæcus à luce, contritus corde actutum voluit perferre quicquid possibile fieri, dicens: *Domine, quid me vis facere?* Admirabilis sanè cordis obliuati conversio, uti dextere Excelli omnipotentis mutatio. Scipatus in urbem profecit socijs. Verum quid factum de illis? *Viri autem illi* (ait Lucas) *qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem.* Si Paulus voce audita surgit frugi, quo pacto qui socij, non convertuntur, ipsamet audita voce? Paulus obstupuit, & vi vocis in terram statim corruit. Illi vocem ipsam audierant, sed stabant. Stantes audierunt, & obstupuerunt: minimeque à crimine revocantur; quippe si mortio necessaria penitentiæ, præter vox invenit, persistebant immori. Vide alia *Tautolog.* 10. D. 2. num. 12. Stupor admirationem indicat, ut intellectus in bonum pravam voluntatem moveat, ducatque in tauti

*Summum malitiam, scilicet ignorantiam in cognitione peccati.*

*Ad. 9. 4.*

*Verf. 7.*

*Ubi à voce nulla motio, non potest dari conversio.*

naturam boni, quod cognoscanti apparuit uti mirabilis. Audita a stantibus vox, verum illi stabant sic. Bonum ut mirabile visum, sed nihil ex illo stupore factum: igitur nihil, dum immoti in penitendum; quod admirarentur vocem. Ex casu Pauli & stantia sociorum, micat effectus vocis in corde audientium: equidem cum cordis motus etiam corpus impellat, ut bonum cognitum ambiat, & malum fugiat; Paulus movetur illico, sociorumque non ostenditur conversio: quippequam si sic ut vocem audierunt, erant stantes; stabant sane sine ulla motione cordis. Pende emphasim verborum Lucae, ut videas quomodo Paulus surrexit cadendo, & socij simul ceciderunt stando. Paulus ut non iaceret, iacebat stupens: comites vero stabant stupefacti, stupet animus, stupefiunt sensus. Animus a motione interiore, sensus a vehementiore sensibili. Morio illuminat, sensibile fortius obcaecat: illique stant non stupentes ad vocem, sed tantum stupefacti; quippe ita immoti & stupidi, ut dum interius movebatur Paulus, illi nec haberent sensus. Intime movendus est, nihil ad aures de caelo pervenit vox: cuius cor illorum sensit, quum vocem auris audivit: illique permanent in meliorem mentem insensibiles stupidi; quia nullus convertitur sine interiore motione.

Stupidi peccatores protervi.

Ibid.

Nihil in mentem.

7 Elucet discrimen inter audientes, quantumvis è throno procedant voces, & fulgura & tonitrua; ut surgat homo in meliora; etenim eadem vox qua produxit in Paulo conversionem, in comitibus genuit pravam cupiditatem: audiebant igitur voces, & stabant quasi lapides. Illa positio corporis quoad externam speciem, indicabat interiorem cordium duritiam: siquidem cognita voce, & quod de caelo missa; stabant uti faxea immota corda. Effectu constat. Stabant stupefacti, audientes vocem. Paulus vero cadens in terram tremens & stupens. Quis non percellitur voce de caelo facta? Proterva peccator. Ex formidine constat, iniquitatem cognosci, atque ex corde poenitere. Tremor corporis ex timore cordis oritur, experimentis quam iuste damnaretur, teste conscientia, ac fulminante iustitia. Utroque aggravabat pondus iniquitatis, sed diversa in utrisque virtus vocis, exponentis coram oculis peccatum: igitur Paulus convertitur & illi non convertuntur; quia contritus respiciens non solum timet, sed tremat: socij vero stupefacti

nec poenitent, neque timent. Accedit in poenitentiam anima, quia formidat in iudicio gravissima crimina. Illique stupefacti degunt absque poenitudine; esse pleni iniquitate stant absque illo timore. Stupidus peccator; quia impenitentia flagella non videt; neque qua peccavit, agnoscit. *Trabitur* (inquit Gregor. Magn. 3. *Pastor.* admonit. 33.) & nequaquam sentit; quia per illecebras vitiorum ducitur, nec tamen ad sui custodiam suscitatur. Quid mirum, quod sine sensibilitate, ubi vivens sepultus, mortuus a corde? Intende vigilantius in articulum. Stabant stupefacti audientes quidem vocem. Vox facta fuit in instanti necessario prolationi. Quomodo transacto tenore vocis, illi stupefacti persistebant audientes? Dicat Lucas, quod audierunt, quippe illis stupiditate tanta, etiam praesens vox praeterita: verum praeteritis articulationis moralis, quod erant vocem audientes? Utique, & profundissimo intuitu: illa vox ab aure in corda construxit echo; ut abhorrenter ab iniquitate, perpenso crimine. Transivit vox, sed tinnitus permanfit, intra peccus circumsonuit. Excusationem averfionis haberent, si non audirent: audientesque Lucas dicit, ut corda lapidea noceat: equidem praeduritia cordis persistebant stupentes, etiam dum intus resonabant voces. Ergo in propositum Didascaliz.

Greg. Mag.

Ibid.

Stupidiiores lapidibus.

In peccato persistit, qui quis auditam vocem sibi non audit.

8 Paulus convertitur ad cor, cuius conversionis index totius corporis tremor: focios immobiles declaravit cordis stupor. Cur igitur audita voce & visa caelesti luce, nullus illorum convertitur, dum ita Paulus intime percutitur, ductus in poenitentiam, ut a Deo humilis adipisceretur gratiam? Pende. Vox tantum dixerat: *Saule, Saule*. Vox Dei loquitur singulari, dum loquitur omnibus. Unusquisque pro se suscipere debet, quodcumque in anima medicamina audit; ut resurgat in salutem, dum odit infirmitatem: contritioque Paulo, nulla comitum memoratur contritio; quippe vocem arbitrari tantum locutam cum Paulo. Unde cum illa mitteretur in aures omnium adstantium, ut simul audirent, & sibi loquentem Deum, illique starent stupefacti; manserunt immoto corde: siquidem vocem audientes non audierunt, ut audirent; sed tantum ut obstupescerent. Vox forata corde conversionem gignit: fovetur, ubi quisque sibi audit. Si non audit indarescit: illique audientes signantur stupefacti; quia vox

vox excitans Paulum in poenitentiam, in protervis flagitiosis excitavit stuporem: Occurrit Antilogia (de qua quoad literam agemus *Tautolog.* 10. n. 29. sed modo tropologicè) scilicet, supposito quod illi starent stupefacti vocem quidem audientes, & neminem videntes; quo pacto verum erit, quod inferius de illis dicitur: *Lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt?* Vox fulminata, ut a peccati somno surgerent omnes: lux verò in illuminationem obscura mentis; ne causarentur in criminum poenitentiam, atque cordium contritionem, de absentia lucis, ac defectu vocis. Ad sanctos igitur lux & vox directæ, etsi propter Paulum factæ: audientesque dicuntur surdi, & videntes omnino obtenebrati; quia cum non videat, qui sibi non videt, & absurdescat, qui sibi non audit; visus & auditus (quos corda insensibilia in poenitentiam, averfiantia vocantem illuminatricem gratiam) nec audierunt vocem, nec viderunt lucem.

Cap. 22. 9.

Audientes surdi, videntes qui caeci.

Senec.

Varia Dei voces.

Clem. Alex.

1. Reg. 2. 30.

Vox ad unum & virtus vocis ad omnes.

Theocrit.

9 *Causam ingerit Senec. Epist. 91. Pleuraque (ait) ante oculos posita transimus: sepe animus etiam aperta dissimulat.* Elicitur cordi cæcipienti lux, ne visa transeat: dirigitur vox ne aperta quasi inaudita praeterat: manetque miserè stupidus, coram luce & voce immotus; quippe dissimulat quasi non videret, & vocem transit quasi non audiret. *Multiplices* (ait Clemens Alexandr. *orat. exhortator. ad Græcos.*) *habet Saluator voces, & modos ad salutem hominum. Minans admonet, maledicens convertit, desens miseretur, per nabilem loquitur, igne terret, ex columna flammam accendit; quod simul est gratia & terroris indicium. Si obtraheris, lacem; si non obedieris, ignem.* Multiplices voces sunt, sed unica clara vox: igitur ut convertat a lege claudicantes & rebelles; vox ad unum, sed virtus vocis ad omnes. *Loquens locutus sum:* dicit ille: *Quid hoc? Etsi omnes loquantur, dum loquantur; non tamen una voce loquantur ad omnes: Deumque loquens loquitur; quippe loquens auditur, cum quo non loquitur: igitur cum vox vocem includat, & virtus a prolata voce prodeat; dum alius vocem audit in aere, alius vocis virtutem habet in corde. Canit Theocritus *Æslyl.* 25. v. 48.*

quidem voce terminata ad unum, etiam alloquitur alium.

10 Contemplerur Christi vocem; simulque vocis virtutem. Criminabantur adulteram coram illo cum Scribis Pharisei. Miserabilis profectò Reipublice status, ubi arguit impudenter arguendus; & zelotes micant glorianter legis, qui peiores criminosis. Aptè Seneca, quò dudum. *Scis, ut illi nihil cum adultero, sic nihil tibi esse debere cum pellice; & non facis.* Audivit Dominus patrum crimen, delatores & mulierem; cum persistenter in accusatione dolosa, iterum se inclinans, *scribebat in terra. Audientes autem hæc* (inquit Evangelista) *unus post unum exibant.* Audiebant? Quæ igitur dixerat, si in terra duntaxat scribebat? Scripsit tunc foemina infimulata flagitium, & simul cunctorum praesentium criminantium, tali artificio, ut sua quisque posset legere, & aliena nequaquam intelligere. Vide Lyr. hic. Medicamen patet in delationes, atque frantum in aedaces: etenim nullus in alterius accusationem intendere, si se respiceret. Satagunt operationum proximi fieri iudices, & inartum cognitione sunt fiscales: igitur impunium expaverat, cum in eadem damnatione sint, ipsum est enim, quòd puniantur a lege iniqui deviantes, verum nequaquam a iudicibus praevicatoribus legis: equidem cum lex aequalis omnibus sit; haud æqua perstaret lex, modo praevicatorum aboleret, & praevicatoreum condemnaret.

Seneci.

Ioann. 8. 9.

Ignorantia sui, causa accusationis proximi.

Arabi.

Sententia Dei data in unum datur etiam in peccatorum alium.

11 *Scribebat in terra.* Audientes autem unus post unum exibant. Arabi. *Cum audissent hoc, ex eo intelligentes ignominiam caperunt exire.* Quam ibi vox audita ab accusatoribus? Qua loquebatur scribens in terra digitus. Nonne in feminam? Utique, sed etiam in illorum ignominiam, qui cupiebant fieri crimina foemina; quibus etiam ipsi obnoxij: & dum in foeminam iudicium prolatum, audierunt sibi iudicium; quippe iudicis voce, atque vocis virtute, dum in flagitium foeminae data sententia; intellexerant etiam propria damnari peccata. Intelligentia est in scriptis; haudquaquam vox, quam percipit auris. Sauequam, sed praestat mirabilis Dei vox; ut fiat contritio peccatorum in dolore, quin peccata intelligantur vicissim. Vocem sane excipit auris, cor verò virtutem vocis: & quicquid in foeminam fulminat, ab illis profectò auditum; quoniam ab illis clarissimè auditum est, quodcumque illis illorum di-

tebat cor. Ideo scribebat in terra. Scribebat in terra, ne illis essent corda laxa: equidem in dolore emollecent, dum voces auditæ in cordibus scribuntur. Dubium est inter Expofitores, quomodo in terra crimina potuiffet scribere, si totum erat stratum marmore lapide? Ut accusatores invitaret in penitentiam, confiderantes perficue iudicis misericordiam; equidem cum lapide signetur cordis protervitas, terræ autem humanæ carnis fragilitas; ille scribens ut indulgeret duritiem, notavit clemens tantum ut fragilitatem.

12 Nota proterviam. Aliquibus placuit in aere Christum efformasse characteres. Adi Alapid. hic & Maldonat. num. 13. Dionys. Cartesianus arbitratur, in marmore figurasse, & hoc digito scribenti miraculose cefsisse. Quid ergo illi accusatores sui, dum fœminæ accusatores? Unus post unum recessissent. Ostenditur dura cervicis tenacitas, dum altè cordi dominabatur iniquitas. Aliqualem excusationem habent, modo propria ulcera voce mirabili nec audissent, nec vidissent. Medicus etiam erat, qui scribebat, & scripta iudicabat: claretque cordium, vulnera scientiam, effrausissima obstinatio; cum unus post unum recessissent à medico. Stupuerunt voce, & auditæ à corde noluerunt ut Echo audire: igitur susque deque faciebant scriptum in flagitia iudicium; quasi illorum vindex scripssisset inventum. Studium illorum totum, ut accusarent, neutiquam ut respicerent, medicantæ cordis dolore tanto cordis miserabili vulneri. Minantem videbant digito; eliguntque sine flexione recessum. Considerant coram iudice noxam; & quasi fugerent, fatuè meditantur fugam, cum ad illum fugere esset effugere, simulque sanari: sed ita etiam in presentia iudicis, occultæ nequitie ultoris, de crimine sibi placent, ita facinoribus hærent; ut pugnacia obstitant corda, etiam dum cedebant saxa. Maligni accedunt, & iudicium conscriptum maligniores effugiunt, stupidi præ peccato, & corde duro, quin vident quid ille scripssisset, cum pro iudice medicus illis adflesset: equidem qui presentiam formidabant medentis, nihil habebant potestatem iudicis. Mulier absoluitur. Audiebat. Expectabat hanc criminis penam uti medicinam. Illi spernunt medicinam, sed nequaquam fugient penam: igitur recesserunt à medico gravi corde; graviore crimine, quia duriores lapide.

Quanta illius in peccatores clemencia!

Verf. 9.

Pagere medicantem, est mulcere crimina.

Corda peccatorum laxa, & stupida.

Verf. 12.

13 Vocem intellexerunt, sed in ampliore perniciem; quippe noluerunt sibi intelligere vocem, cum illos alloqueretur, ubi sententia cum fœmina loquebatur. Renuebant converti, dum audientes fugiebant audire: equidem cum virtus vocis iudicis extenderetur & unica voce ad omnes; quia persistentiam in peccato cupiant, auditæ voce fugerunt: etenim non conteri in penitentiam, videbatur impossibile; intra penetralla cordis echo, aut voce resonante. *Lectioes sanctas libenter audire*: iubet Monachus Benedictus Pater, *Regul. Sancti*, cap. 4. Instrum. 55. *Audire*? Legere? Utiq; sed dum lecta sunt audita. Multifariam, multisque modis Deus animabus loquitur: & quod legitur auditur; quia si verba à Deo prolata, qui legerit, sumit sibi, audiuntur sanè à legente. Qui legit, & sibi non applicat; legit & legit: qui legit, & legit sibi; legit & audit: igitur cum vox illa habeat virtutem; audit profectò inclusam in voce vocem; Qui querit pharmaca in agritudinem animæ, attendit lectionis voci. Legit ut audiat, non ut legat: dicitque Benedictus debere audiri, quæ videntur legis; quia sibi dicta iudicare debet, quisquis audierit. *Audivi post me vocem magnam*: ait Evangelista Ioannes, subditque: *Et conversus sum, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum*. Quomodo & quando videatur vox, dicemus, *Tautolog. 10. D. 4. à n. 1.* Modo cariositatem vellicat, scire; unde resonante voce, secum locutam cognovit? Præmiserat antè: *Audivi*. Auditur vox Dei, dum quisque sibi sumit; non auditur, dum quasi casualis transtet auditur, dum servatur in corde, quodcunque perceptum aure: cum illoque prorsum vox auditæ loquebatur; quia vox vaga ab illo auditur. Liquer. Illico ut conversus intendit auditam videre vocem, conspexit lucem. *Vidi* (inquit) *septem candidabra*. Hæc illuminant mentem, ut videat in se audiens quicquid audiverit; atque voci respondeat, si sibi sumperit: in conversionem cordis è cælo mittitur vox: auditur, quando illuminatio fit: cognoscitque vocem directam sibi, simulque percepit aure; quippequam adeptus meditationem conversionem, antequam videret lucem. Dum index conversionis est animi promptitudo; claret conditionis effectus illuminatio. Si mens in conversionem cordis non illuminatur; vox auditæ, quia non sibi, non auditur: constatque Ioannem au-

A corde non auditur, quod displicet cordi.

S. Bened.

Quo legens modo audit quod legitur

Apoc. 1. 104 Verf. 122.

Ibidem

Obtinetur conversio, dum in corde fit auditio.

audisse, quia illuminatur à voce. *Conversus vidit*. Claret cordis auditus, quia à voce in vocem conversus: igitur ni sibi auditæ appropriaret, nec audiret, nec videret.

Greg. Mag.

14 Gregorius Magnus innuit (ni fallor) homil. 15. in *Evangel.* Altissimo sensu inquit: *Cibus enim mentis est sermo Dei*. Observa proprietatem metaphoræ in nostri propositum institui. Sermo Dei cibi animæ fit, quippe alitur verbo, quod procedit de ore Dei. Datur cibus sermo in nutritionem; si non nutrit haurit habet utilitatem. Non fat ut nutriat, quod habens sumat, sed quod sibi sumat, idest, comedat, ut in nutritionem transeat: igitur nihili ducimus quoad utilitatem etiam celestem mirabilem escam; si qui comedit audiens in propriam non converterit substantiam. *Nonnullos enim* (ait Bernard. Serm. 1. in *Septuages.* n. 2.) *sic interdum audientes invenies; ac si nihil omnino ad eos pertineant quæ dicuntur: non intrare cor suum, non discutere mores suos, non cogitare, ne fortè quod audiunt, dictam sit propter eoi. Maxime autem si fortè sermo Dei aduersus vitia illa manifestè procefferit, quibus sese illi sentiunt obligatos: dissimulant, & avertunt oculos cordis, aut qualibet adinventionis palliant vitia, & seducunt miseri semetipsos. In his ergo salutis signa non video*. Placuit: cibum accipiunt, sed in propriam substantiam non convertunt: apparentque famelicis, atque cibo saturatis; quia estò vocibus impleverint aures, nihil ex illis ad virtutum nutritionem. Vox de cælo fit, enuncians unicuique, *ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc*: igitur audit, qui ascendere in cælum cupit. Qui audit ut surduscat, aures cordis astute aggravat; quia dissimulat sibi dici verbum, dictum tantum propter illum. Infirmas pungit; sed quia infirmum se nescit, medicinam obviam agritudini non sumit. Modò in cor cum vocibus ingrederetur veritas, exiret profectò gravis, ac prems infirmitas: verum placide iacer infirmum, habens, in verbo medicinam obvium; quia cum sibi suum non sumat, veritas intrat, ut exeat Vernaculè: *Como no se persuade, que es por su enfermedad; no hace la veraad mas que entrar, y salir*.

Car vox, verbumque Dei dicuntur cibus?

Bernard.

Apoc. 4. 1.

Qui audit, ut surduscat?

Isai. 6. 9. Math. 13. 13.

audita planè non audiunt: igitur tantum audiunt vocum speciem; sed nihil in nutritionem. In corde sunt agritudines & graves, in quas utpotè pharmaca diriguntur verba prædicationis: sine applicatione irritum medicamen exhibetur; quoniam agens si distat, non operatur: iacentque ulcerosi & miseri; igitur vulnera in corde, & remedia sunt in aure. Hi audientes non audiunt, quia non intelligunt. Intelligere debent verba audita sibi adhibita in medicamen: verum cum non intelligant, sibi inesse languorem; audiunt quod audiunt, quasi non audirent: quandoquidem tenaciter regnat ægri cordis affectio, quia nulla verbis in salutem applicatio. Hinc Christus toties clamat: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Huiusmodi periodus negotium nobis faceret, *Tautolog. 10. à num. 28.* Quæ sint audiendi aures, delicat Gregor. Magn. quò supr. num. 14. *Omnes enim qui illis aderant, aures corporis habebant: sed qui cunctis, aures habentibus, Siquis habet aures audiendi, audiat, dicit; aures proculdubio cordis requirit*. Idem Homil. 14. in *Ezechiël*, uti videbimus, loc. cit. num. 32. Omnes enim audientes in auditum habent aures, modo aperiant aures cordis: igitur cum in illo, an sibi congruant, vel aliquomodo pertineant, studiosè conferantur; quæcunque à concionatore audiuntur; qui medicamina cordis haud applicat vulneri, non habet aures audiendi. Ut per aures introeat verborum medicina, vibrantur verba. Si sibi audiens medicamina non applicat, quia vulnera ignorat, vel ignorare affectat; malis haud medetur, sed multiplicat: Sibi sumere, & proficere, est habere aures audiendi: hæque efflagitat ab audiente prædicans celestis medicus, ut applicatione ad cor, lethale sanetur vulnus; quandoquidem in vomitam perseverat agritudo; si à surdo corde prætervolat intellectio. Vulgò vividius: *Queda el doliente por no dolerse sumamente apostemado, no quieriendo dar por entendido*.

Car audientes non sanantur à istis quoribus?

Math. 21. 15.

Greg. Mag.

Haud respicitur salutis, sine applicatione medicaminum.

16 Phariseis destinandum nosocomium; quia iudicium languorum erat desperatorum, prorsus incurabilius. Cæci errabant pluraquam cæcus à natiuitate; quippe cæci errabant corde. Illuminare verbis lucidis, sagittis cordis intendebat Dominus, magisque illorum gravabatur vulnus. Vividioris fulmine iaculata veritatis, magis innolescebat pectoris affectiones. *Virtus Domini erat ad sanandum*

Luc. 5. 174

Dum eos: fed erat sine virtute, prae audientium agrorum maligna indispositione. In mala fovebant animum pertinacem: voxque nequebat exercere virtutem. Vox medici erat in virtute; ceterum illis & magnifica virtus sine voce. Sagitta potentis acuta in corda inimicorum; sed torquebantur in duritiam adamantum. Audiebatur verborum articulatione, at in corde procul echo (inter fustes resonantium iniquitatum, ac inter concava scopulorum criminum) quae necessaria in sanitatem, ut vox haberet virtutem.

Tomilius magis peccatores obdurefcunt.

Ausonius

Licet hic comertia lingua Iungere, & alterno sermonem texere pulsu.

Blanda salutaris permiscet littora voces, Et voces: & penè manus. Resonantia utrinque Verba refert, medijs concurrens vocibus Echo.

Ut canit Ausonius, Edyl. 3. aliàs 10. v. 293. Ceterum intra cor haudquaquam discutiebant mores suos, nec cogitabant dicta, an dicta propter eos: quandoquidem agros fese nefciebant, vel scire simulabant. Ergo dixerunt ei: Nunquid & nos caeci sumus? Utiq;e, non caecitate, sed obcecatione. Audiebant non habentes aures audiendi ut conferret sibi & fecum, quicquid propter illos duntaxat mirè depromptum: languentque miserimè caeci, prae cacco à nativitate; quoniam audientes medicatricem in affectiones Archiatri vocem, ut gravior inesset propriam noluerunt agnoscere caecitatem.

Ioan. 9. 40. Ad sanitate non perveni, qui se infirmum non cognoscit.

Cant. 2. 10.

Soliloquia anima sanctae.

17 Averfatur huiusmodi ignorantiam Sponsa indoles, ut aeternae sit felicitatis particeps. Sodales, ipsamque simul Sponsus allocutus est; & illicò arbitratur, quod locutus sit ad cor: *En dilectus meus loquitur mihi*: ait. Loquitur dilectus huiusmodi transisse venenati saeculi; & gratiam eius fuisse, transire posse. Apparuisse in terra sua purissimos flores; quia in Sponsis debent florere virtutes: tempusque non esse nutriendi eius in servitio superflua, quia femper vana; simulque imperfectio- nis refecandas, ut emineat in virtute florum venustas: igitur illarum, si virtus floret, tempus putationis advenit. Hac vox, seu voces Sponsi: quo ergo pacto dicit illa: *Dilectus loquitur mihi*? Audiebatur corde: & licet ad omnes dirigatur vox Sponsi, soli asserit loqui sibi; quia quocumque ab illo dignata audiebatur, ut medicinam celestem languenti cordi ap-

plicabat. Nanciscitur Sponsa effectum locutionis internae, ubi quod audit, servat; & audit sibi: igitur tunc culpa, vel imperfectio languor expellitur; dum quod ad omnes, sibi dictum arbitratur. Omnes animas, Sponsa Dilectus inspirationibus vocat, in felicitatem aprat, ducit, mulcet, dirigit, plectit: & in his operationibus sibi tantum asserit, Sponsum loquis quia habebat aures audiendi. Itcirco dicit: *Dilectus meus*. Omniam sanè, sed proprius, quandiu auditus fuerit corde; suumque merito dicit; quia firmius habet amorem & ab omnibus Dilectum, dum quod cunctis commune, sibi vindicat ut proprium. Audivit vocem, & inclinavit aurem. Haud languet inter tot incurfus anima, Sponsi voce tinniente crebro in memoria. Non enim (ait Seneca *Epist. 94.*) *reposita illa esse oportet, sed in promptu. Quaecumque salutaria sunt, saepe agitari debent, saepe versari; ut non tantum nota sint nobis, sed etiam parata*: equidem quae rationi clarent aperta, inclinatione auris sunt aptiora; ut audiat anima quid loquatur in illam Dominus Deus, etiam dum alijs loquitur, & perfectiora operetur; Fulgurat iam Dei vox, atque virtus vocis Dei. Vox in bona, virtus in perfecta; Ergo quandiu viverimus (ut ait Virgilius, lib. 3. *Aeneid. v. 188.*)

Audit, si audit ut proprium commane verbum.

Seneca

Virgilius

DIDASCALIA II.

Lingua maledica, venenata lingua.

1 Depingit graphicè Tertullianus, *advers. Gnostice*. cap. 14 igitur perinde est, scorpionem, ac describere mordacem. *Magnum* (inquit) *de modico malum scorpionum terra supparat*: tot venena, quot ingenia: tot pernicies, quot & species: tot dolores, quod & colores: & tamen unus omnium violentia gestus de cauda nocere; quae cauda erit, quocumque de postumo corporis propagatur & verberat. Proinde scorpionis series illa nodorum venenata intrinsecus venula subtilis, arcuato impetu insurgens, hamatile spiculum in summo tormenti ratione restringens. Id spiculum & fistula est patula tenuitate, in vulnus & virus, quae figit, effundit. Sumpsit Tertullianus ex Plinio (uti loc. cit. notat Lamelius) qui lib. 11. cap. 4

Tertullianus

Descriptio scorpionis.

cap. 25. in se: *Semper cauda in ictu est, nulloque momento meditari cessat, ne quando desit occasio; ferit & obliquo ictu & inflexo. Venenum ab his candidam fundi per colores maxime superoacuos. Colores & virus signat Nicander in *Tiberiac*. succinens:*

Plinius

Rutilis quem fortè genis splendere videbis, Hic calidas flammis, flagrantemque incatit astum.

Nicander

Tam gravis & tanta est facta hoc afflictio noxae, Cuius nexa novem iuncturis horrida spina Extremum nocuum iaculatur acumine virus: Nam rosè vesceus manet insaturabilis herbè.

Symbolum detraheri.

Hieronymus

Haecine descriptio est detrahentis ac delatoris imago; quia pro moribus impiorum, nomina in factis imponuntur ferarum, aut serpentium. Unde Hieronymus in 2. *Ezech. 6.* subdit: *Unusquisque pro moribus suis sortitur vocabulum. Viperae, vulpes, scorpiones: qui possint ferire, qui arcuato percutere vulnere, & arcuato fistulato: ut eadem plagà & cutem aperiat, & venena diffundat*: igitur pro conceptu mentis, dam verba uti hominis operitur audiens auris; haud experitur in detrahente secreto proximo suo, rationalis loquelam, sed scorpionis amarissimam linguam. Modò intelligitur auctoritas Tautologiae. *Loquens locutus sum*. Quis non loquitur, dum loquitur? Scorpium, maledicus obrektor; equidem dam verba murmure dicat, non loquitur, sed venenat. Acuit linguam sicut serpentis, habens venenum in labijs, oculum in vulnus, & exitiale virus, infelicitate conditionis humane: etenim nihil miserius; quam arbitrari inter homines homines vivere, & inter scorpiones infelicitè degere.

1. Reg. 2. 30

Ezech. 2. 6.

Quare

cios, offendet decursu temporis scorpionum venenatos. *Tot sunt venena, quot ingenia: tot pernicies, quot species, tot dolores, quot colores*: aptè huius furoris homines conferuntur noxijs nepis: quoniam cum omnis gestus sit illorum malicia, de cauda infidiosè nocere; non hominum patet intentio, sed scorpionum contagio; siquidem in sociorum dolorem, perniciem, pestem (ne desit occasio, quippe saepe cauda in ictu) agunt ingenia prae malignitate cordis, quin ommittant colores, nec species. Domus Martis est Scorpium. Pessima prorsum hominibus constellatio: equidem si bellator, in Scorpione peior. Canit Lucanus, lib. 1. *Pharsal. v. 658.*

Tu qui flagrantè minacem Scorpion incendis cauda, obelisque perurris Lucan. Quid tantum Gravide paras? Id est, *Quae bella paras?* subdit Cornelius Serevelius Serevelius, hic: ambitus Scorpionis si domus Martis, canitur classicum; quippe in hac domo nihil sonat nisi bellum. Terminus terra sancta signatur *Ascensus scorpionis*, Numer. 34. 4. & Iosue, 1. 5. 3. Locus sic dictus, ut observat Adrichom, in *Inda*, num. 34. quia ibi abundat terra nepis, locustaeque transuentibus difficilis: quippe si malum, occurfus scorpionum; proferè in terra sancta malorum extremum, quod ubi nullus illis debet concedi locus, sit scorpionum ascensus: etenim si nocent lethaliter, uti par est, proculcati; vehementius ac violentius in dignitatis cacumine. Si ad malam naturam & consuetudinem accedat potentia & regnandi fastidium; inter praecipitia & summa nihil est medium. Seneca in *Hippolyt. v. 134.* *Nec me fugit, quam durus & veri insoleni,*

Num. 34. 4.

Pessimus improbus in dignitate.

Ad recta flecti regias nolit animas. Patet ex textu. Filij Israel scorpiones dicuntur, vel dum sub iugo Babylonico degunt. Illis à Domino ascensus inhibitus, atque decreta pro peccatis servitus; equidem cogitatione & opere maxime pessimi, qui virulenti scorpiones etiam in captivitate. Quid si florent? Vide dicta, *Tom. 1. T. 2. D. 12.* Reptilibus providè negavit natura non tantum alas, sed & pedes, ne pluribus nocerent locis: igitur si inficerent currendo; quid non volando? Non ita praevaleret iniquitas, ni haberet alas; nec volaret pennis detractionis in honorem vagum toxicum, ni praesumeret ab audientibus ascensum.

Cur delata?

3 Ergo in scorpionum ambulantium, currentium, volantium signa. Tot sunt